Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXXII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

sce Jacobi et salome conterrite et q̄si
absorpte exeuntes fugerunt de monu-
mento et elongauerunt se inde aliquantu-
lum et sedebant dolenter quia tremor
et pauor .i. stupor eas inuaserat propter
visionem angelorum et custodum et nemini
sed de custodibus quidquam dixerunt nec etiam
angelis loquentibus responderunt Unde
aug. Intelligitur ipsorum angelorum nemini
ausas fuisse aliquid dicere .i. respondere
ad ea que ab illis audierant aut certe
custodibus quos iacentes viderunt Ora
O Domine ihesu xpe virginis proles
filium dei qui dilectis tuis deside-
rium te querendi tribuisti sed ut magis arde-
rentur effectum inueniendi distulisti
eos quia in galilea te visuros per angelum
certificare voluisti da michi misero ar-
denter te querere et gaudens inuenire
ut de viciis ad virtutes de amore mun-
di ad amorem tuum transmigrans merear
post hanc vitam ex isto seculo in illam
ciuitatem transmigrare tecum deum deorum
in syon et in galilea vera tue claritatis
gracia tua largiente tue videre Amen

Quomodo dns apparuit marie magdalene

Magdalena vero amari-
tudine plena estuans
amore et nesciens quid
aliud debet facere quia
sine xpisto non poterat
viuere nec ibi eum inueniebat et ubi eum
quereret ignorabat stabat ex feruore
et constantia quia vis amoris nec se-
dere nec iacere sinebat ad monumentum
foris et ab extra sed in horto ante domun-
culam in qua erat sepulchrum plorans
et lamentans dnm suum Tanto enim cor-
dis ferebatur incendio tanta pietatis
afficiebatur dulcedine tam validis tra-
hebatur vinculis caritatis ut feminee
infirmitatis oblita nec tenebrarum ca-
liginem nec persecutorum immanitate re-
traheretur a sepulchri visitatione.
quin potius foris stans et lacrimis mo-
numentum irrigans recedentibus disci-
pulis non recedebat pro eo quod diuine
dilectionis igne succensa et tam invalescente
urebatur desiderio et impaciente vul-
nerabatur amore ut nichil ei saperet
nisi flere posset quia illud propheticum vera-
citer eructare poterat fuerunt michi lacrime
mee panes die ac nocte dum dicitur
michi cotidie ubi est deus tuus Quod in
aug. feruentior et deuotior erat ad
xpm aliis mulieribus et nimius ar-
dor amoris eam sollicitabat Maria
enim quidquid voluit flendo obtinuit flen-
do obtinuit veniam peccatorum flendo
obtinuit fratris resuscitationem de faucibus
infernorum flendo obtinuit consolationem
de xpo ne lacrimas ergo fudit copulationis
compassionis et deuotionis dicit greg.
Quia in re pensandum est huius mu-
lieris mentem quanta vis amoris acce-
derat que a monimento domini etiam
discipulis recedentibus non recedebat
Unde contigit ut eum sola tunc videret que
remansit ut quereret quia virtus boni
operis perseuerantia est ubi et aug. Viris
enim recedentibus infirmiorem sexum in eo-
dem loco fortior figebat affectus et oculi
qui dnm quesierant et non inuenerant
lacrimis iam vacabant amplius dolentes
quod fuerat ablatus de monumento quam quod
fuerat occisus in ligno quando magistri tanti
tunc eius vita subtracta fuerat nec me-
moria remanebat Tenebat itaque ad
monumentum iam dolor iste mulierem
Unde etiam orig. Audiuimus fratres ma-
riam ad monumentum foris stantem au-
diuimus mariam plorantem amor facit

bat stare dolor cogebat eam plorare
Stabat et circumspiciebat si forte videret
quem diligebat plorabat vero quia
sublatum estimabat quem querebat Dolor
renouatus erat ei eo quod que prius doluerat
defunctum nunc dolebat ablatum Et iste do-
lor maior erat quia nullam consolationem
amplius habebat Prima ergo fuit causa
doloris quia virum perdiderat sed de hoc
dolore aliquantulam consolationem habebat quia
mortuum remanere videbat Nunc autem de
isto dolore consolari non poterat eo quod nec
corpus defuncti inueniebat Metuebat
ne amor magistri sui in suo pectore refrige-
sceret quo viso recalesceret Plorabat ita-
que maria vehementer quoniam dolor additus
erat super dolorem Duos itaque dolores
commos vno gestabat in corde quos
mitigare lacrimis volebat sed non valebat
Et ideo tota posita in dolore mente et cor-
pore deficiebat et quid ageret nesciebat
Petrus quidem et Johannes timuerunt
et ideo non steterunt maria non timebat
quia nichil suspicabatur sibi superesse pro
quo timere deberet Perdiderat enim magistrum
suum quem ita singulariter diligebat
ut preter ipsum nichil posset diligere vel sperare
Perdiderat vitam anime sue et iam melius ar-
bitrabatur fore sibi mori quam viuere quia
forsitan moriens inueniret quem viuens in-
uenire non poterat Fortis namque ut mors
dilectio Quid namque aliud faceret in maria
facta erat omnimus facta erat insensibilis
Sentiens non sentiebat videns non vide-
bat audiens non audiebat sed neque ibi erat
ubi erat quia tota ibi erat ubi magister suus
erat de quo tamen ubi esset nesciebat Que-
bat autem eum et non inueniebat et ideo sta-
bat ad monumentum et plorabat tota lacri-
mabilis et tota miserabilis Certe tunc nichil sapi-
ebat maria nisi diligere et pro dilecto dolere
Oblita erat timoris oblita erat semetipsam

oblita erat denique omnia preter illum quem
diligebat super omnia Sensus nullus in
ea remanserat omne consilium ab ea perierat
spes omnis defecerat solummodo flere superat
hec Origenes Dum ergo flet propter corporis
xpi absentiam inclinauit se corporaliter
et prospexit in monumentum quia semper spera-
bat eum ibi inuenire ubi eum sepelierat et amor
inquisitionem multiplicabat Sicut enim nos
cum aliquam rem perdimus quamuis hic et il-
luc querendo discurramus tamen ad eum locum
sepe respicimus ubi eam habuisse memi-
nimus ita et hec mulier quamuis huc illucque
domini corpus quereret ampliora tamen de eius
absentia frequentius monumentum aspici-
ebat ubi eum positum nouerat Unde Gregorius
Amanti semel aspexisse non sufficit quia
vis amoris intentionem multiplicat inquisi-
tionis Quesiuit ergo prius et minime
inuenit perseuerauit ut quereret vnde
contigit ut inueniret Actumque est ut desi-
deria dilata crescerent et crescendo caperent
quod inuenissent Sancta enim desideria di-
latione crescunt si autem dilatione deficiunt
desideria non fuerunt Hoc amore arsit quis
ad veritatem pertingere potuit hec Gregorius
Audiuit ergo maria iuuissi corpus xpi
abesse volebat tamen adhuc videre si alique
si aliquod eius vestigium posset percipere
et ideo non sufficiebat sibi semel prospex-
isse In hoc quod inclinauit se et prospexit
in monumentum datur intelligi quod cum humili-
tate cordis debemus prospicere mortem
xpi et in hoc quod iterum prospexit datur
exemplum continue oculo mentis mortem
xpi prospicere Et vidit maria oculis
corporeis ipsos duos angelos prefatos in
albis sedentes super sepulchrum et loculum
corporis vnum ad caput et vnum ad pe-
des propter reuerentiam loci consecrati ex
tactu corporis dominici ex feruore eciam
deuocionis quam habebat illam visione

meruerat Angelus ad caput eſt reue-
lans diuinitatis archana quia caput
xpi deus eſt Angelus aut ad pedes e
docens humanitatis eius obſequia in
redempcione nobis impenſa Qui dicunt
illi Mulier quid ploras. Angeli lacri-
mas prohibebant et futuru gaudiu gau-
diu nunciabant ac ſi dicerent plorare no-
li non enim habes cauſam flendi ſz ma-
gis gaudendi ex rxne xpi Non eſt plo-
randum ſz plaudendum hic dies letitie
eſt non meroris leta venimus nunciare
tibi Noli ergo plorare ſz pocius ad
illum reſpice quem tanto amore deſide-
ras videre At illa eos putans interrogare
qui neſcientes et non angelos eſſe ſz homines
prodit lacrimaru cauſas Quia tulerut
inquit dnm meu de monumento et neſ-
cio ubi poſuerunt eum arbitras cuſto-
des uel iudeos eum eſſe furatos Magnus
ergo dolor me flere compellit magna
triſticia viſcera mea cruciat Timebat
enim ne iudei corpus xpi in aliquem
locum inhoneſtum proiecisſent inui-
dentes honori ſepulture eius ul ne
forte aſportaſſent ut ei ignominiaz
facerent Agebat in ea vis amoris ut
non inventum non crederet niſi ſublatu
Et hoc anguſtie cā erat quia neſcie-
bat ubi inveniret et officiu funeris
impenderet Non dicit corpus domini
mei ſz dnm a toto deſignans parte ſicut
oms confitemur dnm xpm filiu dei ſe-
pultum cum ſola eius ſepultura ſit caro
Vide hic mirabilem operacōz amoris
Paulo ante audierat ab uno angelo
quod ſurrexerat et poſtea a duobus quod vi-
ueret et non recordatur et dicit neſ-
cio Amore hoc faciebat quia aia ſua
non erat ubi ipa erat ſz ibi erat ubi ma-
giſter ſuus erat Nam ſm Orig. ſpūs
marie magis erat in corpore magiſtri
quam in ſuo ne ſciebat cogitare loqui uel
audire niſi de ipſo Et neſcio inq ubi
poſuerunt eum Nec erat ei maior
cauſa doloris et deſolacionis quam neſcie-
bat quo iret ad conſolandum dolorem
et ubi eu inveniret Maria quia vidit
lapidem ſublatum credidit xpm furatu
et deportatum. lapide enim ſublato corpus
facilius amouetur de monumento quod
fieri non poteſt quamdiu lapis ſup poſi-
tus eſt Dic quod dum lapis timoris dei in
corde eſt xpc ab eo auferri non poteſt
ſi aut amouetur cito ipm perdit Cu
aut maria ſic ploraret nec de angelis
aliquid curaret amor ſuus magiſtri ſuus
amplius ſe tenere non potuit Dominus
igitur ihus refert hoc matri ſue et dicit
quod vult ire ad conſolandum eam ualedi-
cens quia matri venit in monumento in hor-
tum ubi erat magdalena Stat mulier
et plorat adeſt ihesus merentiu con-
ſolator et pias mulieris lacrimas intuens
ei quia ab angelis ſe vertenti et retrorſu
converſe apparere dignatur Per hoc o-
ſtenditur quod ſi quis xpm videre deſi-
derat oportet ut ad deum convertatur
quia illi ad eu videndum perueniunt
qui ſe totaliter in eum per amorem
convertunt Ubi Criſo. Cur non expec-
tauit eorum reſponſum ſz converſa
eſt retrorſum cum ad minus homines
multe reuerencie apparerent Dic quod
cu maria illa diceret xpc adveniens cu
angeli reverentiam exhibentes aſſur-
rexerunt quod admirans converſa
eſt retrorſum ut videret ad quid aſ-
ſurrexerunt Et non cognouit quod ihs
eſſet quia videbat eum in ſpecie non
glorioſum quem angeli glorioſu vi-
dentes honorabant Ipa enim non dum
habebat fidem de xpi rxne et ideo ta-
lis apparuit in corpore qualis apud

cam erat in monte Non q͂ iuxta hortu- cos formam dominus vultu q3 mutas- set ut pro voluntate diuersus ac vari- us videretur s3 quia maria obstupefa- erat miraculo Unde bern. O delectabile pietatis spectaculum qui queritur et desideratur occultat se et manifestatur occultat se ut ardentius requiratur requi- situs cum gaudio inueniatur et inuentus cu sollicitudine teneatur et tentus non dimittatur Secundum greg. maria que adhuc de domini r[es]urr[ectio]ne dubitat conuersa est retrorsum ut uideret ihm quia vi- delicet per eandem dubitacoz suam q̅i ter- gum in faciem domini miserat quem resurrexisse minime credebat Sz quia amabat et dubitabat videbat et non cognoscebat cuiq3 illi et amor ondebat et dubietas abscondebat Et dixit illi ihesus Mulier Quid ploras quem quis non petat q̅i ignorans s3 ut eius respo- sione conuenientius eam instruat Se- cundum greg. interrogatur doloris cau ut augeatur desiderium quatinus cu nominaretur quem quereret in amorem eius ardentius estuaret At illa cum adhuc nd cogno- scens putauit eum esse horttolanum cu incūbebat cura horti illius in quo mo- numentum erat eo q͂ mane primo eum in horto uidebat estimabat enim nullu circa loca illa occupari nisi eu qui il- lorum cultor erat Bene aute spiritualiter hortalanus ei erat quia sentes pfidie et viciorum iam eradicauerat ac virecta semina fidei et virtutum per amoris su- um in eius pectore et horto aie semi- nare et plantare curabat Sicut enim ad hortolanum officium pertinet nociuas herbas eradicare ut bone possint pro- ficere ita dns de horto suo .i. de ecclia tolli- dit vicia eradicat ut virtutes pficere va- leant Unde orig. O maria si queris ihm

quare non cognoscis ihm Ecce ihesus uenit ad te que tu queris et tu estimas hortolanum esse Uerum quidem est quod estimas s3 tamen in hoc erras dum eum sic hortolanum estimas ut ihm esse non cognoscas Est enim ihesus et est hortolanus quia ipse seminat omne bonum semen in horto aie tue et in cordibus fidelium suorum ipse omne bonum plantat et rigat i diab9 sanctorum et ipse est ihesus qui tecum loquitur hec orig. Marie etiam in specie hortolani apparuit tale enim officium talis actus tale operacium talis q3 nominis interpretacio in- cipientibus congruit Oportet enim ut peni- tens gerat morem hortolani scz ut omnia nociua eradicet et bona inserat Si ergo vis ut appareat tibi verus hortolanus opor- tet herbas nociuas eicere et salutiferas in- serere Illa vero ut ebria respondit ei sic hortolano dicens Domine si tu sustulisti illum dicito michi ubi posuisti eum qui michi est singularis thezaurus ecia mor- tuus et ego eum tollam cum omni deside- rio et accipiam Dominum uocat ut beniuole- ciam eius captet Non dicit si tu sustulisti ihm crucifixum loquendo determinate et nominando eum uel aliis designando s3 dicit eum in generali nichil addendo quia vis amoris et affectus cum desiderio que- rentis uel feruenter amantis hoc agere in aio solet ut quem ipse querit uel co- gitat omnes cogitare estimet et nullum alium ignorare credat Unde q̅i de cognito loquitur et quem ipsa diligebat omnes sic cogitabat nec putabat alii i cognitum quem ipse sic continue plangit desidera- tum Si ergo tu propter timorem iudeorum le- uasti eum hinc dicito michi ut ego eum accipiam Timebat enim ne iudei eum cor- pori inferrent opprobrium et ideo uole- bat in aliud locum incognitum illud trans- ponere Mirabilis mulieris audacia q̅

mortui non terret aspectus et tantus
ualitudo ad graue mortui funus tol-
lendum plus intemptat q̄ possit Pro
uirtute em̄ amoris credebat se posse tm̄
corpus eciaȝ mortuū portare q̄r feruē
ter amanti nichil uidetur difficile Cū
enim sexus femineus fragilis sit ad onē
deferenda et pauidus ad mortuorū ca-
dauera baiulanda quidq̄ aliq̄s impossi-
ble est hoc ꝓpter magnitudinem amoris
leue et possibile arbitratur Inde orig.
Joseph timuit et ausus non fuit tollē
corpus de cruce nisi in nocte et nisi hº
petiss& a pylato maria aut nocte nō
prestolat non postolat non ueretur
ſ; audacter ꝓmittit dicens Ego eū tol-
lam O mirabilis mulieris audacia O
mulier iam non mlr̄ Nullū locū ex-
cipit nichil antepont sine timoē di-
cit absolute promittit Dicito michi
ubi posuisti eum et ego eū tollam O
maria magna est constancia tua ma-
gna est fides tua hec Orig. Hic ergo
ostenditur magna marie deuocio et
dilectionis feruor et ideo meruit quē
mortuū querebat uiuū uidere et
audire Respice bene eam quomodo lac'
imabili wltu supplicat' et deuote ipm̄
exorat ut sibi illum quem quit osten-
dat Semper em̄ sperabat audire aliqua
noua de suo dilecto super omnia Ad
q̄ aut ut ait greg. eam cōi uocabulo ap-
pellauit ex sexu et agnitus nō est uo-
cat ex noīe ꝓprio ut eam magis i tenta
faciat et talem se exhibz ut cognoscat di-
cens Maria Desideriū eius ulterius af-
fligi non sinens per uocacione nominis
apertaȝ suā declarat cognicōe ut si apte
dicat Recognosce eum a quo recognos-
ceris Cum em̄ apud deū certus sit nūs
electorū magna grā aliquibus dat
q̄r ꝓprius noībus deo noti esse mani-

festant Proprio ergo nomine uocat ma
riam ut designet specialem quam ad sa-
tor hab; noticiam Illa uero cōuersa cor-
de et oculis mentis sicut ante erat con
uersa corpore et oculis carnis mox ut
se suo noīe uocatū audiuit eū in uoce sic
bona ouis pastorem recognouit Quis
em̄ cōuersa corpore illum esse quod non
erat putauit nūc cōuersa corde quod
erat agnouit ac q̄i reuiuiscens et ado-
rans eum inaudibili gaudio dixit Rabom
i. magr̄ Sic em̄ eū an̄ passioē uocare
cōsueuerat quia doctores apud iudeos
uocantur magistri Tu es quē querebā
quare tam diu te michi celasti Maria
ergo perseuerauit ut quereret cōtigit
ut inueniret Unde greg. Maria ergo q̄
uocatur ex noīe recognoscit auctorem
atq; eum protinº rabon i. magrm̄ uocat
Quia et ipse erat qui querebatur exterius
et ipse qui eam interius ut quereret do-
cebat Unde et orig. O mutacio dextre ex-
celsi Cōuersus est dolor magnus i gau-
diū magnū imutate sunt lacrime doloris
in lacrimas amoris et exultacionis Ut
ergo audiuit hoc uerbum maria sic em̄
cōsueuerat illum uocare magr̄ suus ꝑ-
sensit in ipso nomine quandam singulare
uocacionis dulcedinem et per ea cognouit
ipm̄ a quo uocabatur esse magrm̄ suum
Unde etiaȝ aug. Noli magdalene desere
comitatū ſ; paratis aromatibus cū ea
dñicum sepulchrum uisitare memento
O sicut illa oculis tu in spū cernē merea-
ris nūc sup lapidem reuolutum ab ostio
monumenti angelum residentem nūc
intra monumentū unū ad capud aliū
ad pedes uēnis gloriam ꝓdicantes nunc
ipm̄ xp̄m mariam flentem et tristem
tam dulci oculo respicientem tā suaui
uoce dicentem maria Rumpuntur ad hāc
uocem omnes capitis catharacte ab

ipsis medullis eliciunt lacrime singultus
atque suspiria ab ymis trahunt visceri-
bus Maria O beata quid tibi mentis fuit
quid animi cum ad hanc vocem te pro-
sternens et reddens vice salutanti cla-
mares raboni Sunt plura dicere lacri-
me prohibent cum vocem excludit
affectus omnes quod anime et corporis
sensus nimius amor absorbeat Et re-
vera Nominat dominus consuetum ancille
nomen et cognoscat ancilla consuetam
domini vocem Puto vel certe affirmo
quia sensit solitam suauitatem qua vo-
cari consueuerat Maria O vox delec-
tabilis O quantum blandimenti quantum
saporis amoris Nec celerius hoc exprimi
potuit Cras que sis et que velis Illico
mutate sunt lacrime Non enim credo mox
esse restrictas Sed quas contritum cor se tor-
quendo prius exprimebat eas postmodum
cor gaudens effundebat O quam dissilia
sunt raboni et si tu sustulisti eum dicito
michi O quam dissona sunt tulerunt dominum
meum et nescio ubi posuerunt eum et illud
quia vidi dominum et hec dixit michi hec
Aug. Et currens et procidens maria ad
pedes ihesu vestigia eius adorando stati
voluit ex deuocione amplecti vestigia
eius quem cognouit ac pedes tangere et o-
sculari ut consueuerat O amor fortis et
impaciens Non enim sufficiebat ei videre
ihesum et cum ihesu loqui nisi etiam tangeret
ihesum Sciebat enim quod virtus de illo exibat
et sanabat omnes Ipse vero volens fidem
in corde illius ut hortolanus seminare
et animam eius ad celestia eleuare
dixit Noli me tangere scilicet manibus
corporis quem nondum cognouisti fide
cordis Quasi diceret Potius volo ut tan-
gas me tactu mentis credens me pa-
tri equalem quem tactu corporis cre-
dens me hominem purum et patre mi-
norem Adhuc enim carnaliter in eum crede-
bat que sicut hominem flebat Prohibita
est ergo quia propter defectum fidei indigna e-
rat et ideo subdit Nondum enim ascendi id est
eleuatus sum scilicet in corde tuo ad patrem
meum id est ad equalitatem patris quia non
credis me peruenisse ad equalitatem eius
ac me filium equalem et coeternum patri qui
me suscitauit a mortuis sed esse sublatum
tamquam cadauer putum Ac si diceret
Quia me tamquam mortuum in sepulchro
queris et resurrexisse non credis ideo vi-
uentem tangere non mereris Tibi enim
nondum ad patrem ascendi que viuen-
tem cum mortuis queris Cum tibi ascen-
dero ad patrem tunc mereberis me ta-
ngere patri equalem Unde Aug. Sed o dul-
cis ihesu cur a sacratis ac desideratissimis
pedibus tuis sic arces amantem Noli in-
quis me tangere Et quid dicit Quare non
tangam illa desiderata vestigia tua pro
me perforata clauis perfusa sanguine
non tangam / nec deosculabor An imma-
nior es solito quia gloriosior Ecce non
dimittam te / nec recedam a te / nec par-
cam lacrimis / pectus singultibus suspiri-
is quod rumpetur nisi tangam Et ille contra
Noli timere non auferetur tibi hoc bonum
sed differetur hec Aug. Dicit ergo maria di-
bus plena luctu inquieta preparacione
indiguit antequam ad tangendum tantam
sanctitatem accederet Sed aut illa que
dominum resurgentem prima post matrem
eius videre meruit, que tam dilecta est
a domino / et tota eius mancipata ob-
sequio / ab omni peccato liberata / a tac-
tu pedum eius est prohibita quomodo ma-
gis pollutus viciis ne eum totum tangat
confitendo vel sumendo Sed vade iam
letificata dic et nuncia fratribus meis
scilicet apostolis quia surrexi et ascendo id est ascen-
dam ad patrem meum per generacionem

nota quomodo Christus primo
post matrem / magdalene
apparuit etc.

et naturam et patrem verum per adoptionem et graciam deum meum quia me hominem creavit et sub quo ergo homo sum secundum humanitatem et deum verum qui nos creavit et ab errore liberavit et inter quos et ipsum ergo mediator sum Nota dicit In primo est videant ascendentem loquitur in proposito in quantum homo quia ascendere non competit ei secundum divinam naturam que est altissima quod etiam patet ex hoc quod vocat apostolos fratres propter similitudinem et conformitatem nature humane et propter specialitatem amicitie et etiam propter adoptionem gratie quia eius patris sunt filii adoptivi cuius ipse filius naturalis Unde Severianus Vocat fratres quos corporis sui fecit esse germanos. vocat fratres quos patri suo adoptavit in filios. vocat fratres quos benignus heres sibi prestitit coheredes. Vocat fratres propter specialitatem amicitie quam habuit ad ipsos Unde et ambrosius Descendisti quidem filius hominis nec patri cum descenderes abfuisti sed descendisti nobis ut te oculis ac mentibus videremus ut in te crederemus Ergo et ascende nobis ut sequamur mentibus quem oculis videre non possumus hec ambrosius. Stant ergo tu iocunditate et gaudio magno loquentes ad invicem sicut amicus cum amico Fiat igitur et hic similiter magnum pascha Sic itaque dominus a morte rediens apparuit primo marie magdalene quam ipsis apostolis vel aliquibus aliis Unde Jeronimus Marie magdalene primo ostenditur de qua eiecerat vii demonia quia meretrices et publicani precedent synagogam in regnum dei ut latro precessit apostolos Locus autem ubi dominus apparuit marie magdalene distat quindecim passibus a sepulchro Unde igitur mulierem que mane surrexit amare flevit ardentissime dilexit diligentissime quesivit et ideo pre ceteris invenit et nos imitemur eiusque exemplum gerentes cum lacrimis et perseverancia dominum queramus ut sic cum ipsa dominum invenire et ab eo consolari mereamur Unde origenes Desideremus ergo fratres karissimi huius sancte mulieris affectum ut perveniamus ad effectum Ploret unusquisque ad ihesum et querat fideliter ihesum quia non deest querenti illum Disce ergo o homo peccator a muliere peccatrice cui tamen dimissa sunt omnia peccata sua Disce peccator hic plorare dei absentiam ac intime desiderare eius presentiam Disce a maria ihesum amare et ihesum sperare ihesum indesinenter querere et querendo investigare nulla adversa formidare nullam consolationem extra ihesum recipere omnia preter ipsum contempnere Disce a maria querere ihesum in monumento cordis tui revolve lapidem ab ostio monumenti dei id est move omnem duritiam et repelle omne obstaculum a fide tua Tolle ergo omnem concupiscentiam et immundiciam a corde tuo et diligenter perscrutare si sit ihesus in eo Si autem non inveneris in te ihesum sta foris et plora et permane in fide et respice foris ad alios si forte alicubi invenias et videas in aliquo eum et plorando ora ihesum ut dignetur intrare ad te et habitare in te Et ne forte erecta cervice expellas eum a te humiliando inclina te et iterum prospice in monumento dei quod debet esse in te Et si ibi videris duos angelos unum ad caput et unum ad pedes id est si cognoveris in corde tuo tam celestia desideria tam ad contemplativam vitam quam ad activam pertinentia per que adhuc non possis ihesum videre nec ihesum habere Noli hiis contentus esse noli adhuc deficiendo quiescere sed plora et quere ihesum in te donec invenias Et si forte aliquo modo tibi appa-

ruerit et desiderio tuo se representauit
noli presumere de te tamquam ex tuo deside-
rio uel merito tibi apparuerit et tamquam
cum agnoscas sed bonitati pietatique eius
attribue et interroga illum et ora ut
indicet tibi seipsum Audeo enim tibi confidenter
promittere si in fide ad monumentum
cordis tui steteris si plorando ibi eum que-
sieris et querendo perseueraueris si ei
humilitate te inclinaueris si exemplo
marie nullam aliam consolacionem de
ihesu nisi ipsum recipere uolueris ipso reue-
lante ipsum sine dubio inuenies et ipsum
agnosces ita ut non sit tibi necesse querere
ab aliis ubi est ihesus sed tu magis re-
citabis eis nuncians quia uidi dominum et hec
dixit michi hec origenes Post aliquantulam
vero morulam dominus discessit dicens quia
et alios uisitare eum oporteret Tunc
magdalena benedictione ab eo accepta
et domino discedente recessit et iam credens
ad socias suas uenit et hec eis nunciauit
Ille uero de uisione domini gaudentes sed
quia eum non uiderant dolentes recedunt
cum ea de monumento i. de loco ante
monumentum scilicet de septis horti in quo
erat monumentum cum timore et gau-
dio magno currentes nunciare hec disci-
pulis domini de ipso Secundum glosam
duplex erat in eis affectus scilicet timoris
et gaudii alter de magnitudine mira-
culi alter ex desiderio resurgentis et utrique
progressum concitabat femineum Oro

O piissime domine o dulcissime ma-
gister quam bonus es hiis qui rec-
to sunt corde quam suauis hiis qui
diligunt te O quam felices sunt qui que-
runt te et quam beati qui sperant in te Vin
certe est quod tu diligis omnes diligentes
te et nunquam derelinquis sperantes in te
Certe enim hec dilectrix tua simpliciter
querebat te et ueraciter inuenit te

Sperabat in te et non est derelicta a te
sed plus est consecuta per te quam expectaret
a te Obsecro ergo te domine da et michi
diligere et querere te ac sperare in te ut et
ego a te diligi et te inuenire merear et
a te nunquam derelinquar Amen

Quomodo dominus apparuit tribus mariis

Cum ergo iste tres marie simul
pergerent reuertendo de mo-
numento antequam peruenirent
ad ciuitatem et ad apostolos oc-
currit et apparuit eis ihesus Unde Iero-
nimus pergebant enim ad apostolos ut per illos
fidei seminarium spargeretur Que autem
sic querebant que ita currebant me-
rebantur obuium habere dominum resurgen-
tem Et ut ait rabanus per hoc osten-
dit quod omnibus iter uirtutum inchoantibus
ut ad salutem perpetuam peruenire queant
adiuuando occurrere Blanda quoque
salutatione domini deiectas erigens
et uerbo consolatorio tristes consolans
ait Auete ex eua formans aue ubi
Iero. Primo mulieres meruerunt audire
auete ut maledictum eue mulieris
in mulieribus solueretur Ille uero ultra
quam dici possit exhilarate accesserunt ut
iam credentes et per fidem illi unite ex
ut ait apostolus accedentem oportet cre-
dere et tenuerunt ac deosculate sunt
pedes eius ex deuotione humanitate
in qua surrexit probantes aperte
et de resurrectione eius certificate deum ac dominum
adorauerunt adoratione latrie tamquam
fidem trinitatis astruentes Unde Criso-
Tenuerunt pedes eius et cum supphabun-
danti ad eum leticia currentes atte-
perunt et per tactum coniecturam et cer-
titudinem resurrectionis et adorauerunt eum
Fortassis uero aliquis uellet et sicut
illas effici mulieres et pedes domini
ihesu Potestis et nunc quicumque uultis